Ein Beiſpiel von Aufklärung des teutſchen Rechts durch Diplome hat geliefert der jüngere Pfeffel: Specimina VI. Iurisprudentiae diplomaticae. Argent. 1779. Die Akten, aus welchen er gearbeitet hat, ſind von mir geſammelt herausgegeben in P. II. Script. rer. Germ. Halae ap. Gebauer. 1782.

298

Der Theil der Diplomatik, der ſich ſo wol mit der Berichtigung als mit der Kenntnis und Erklärung der Zeitangaben beſchäftiget, und uns überhaupt von der Beſchaffenheit des alten Calenderweſens belehrt, iſt beſonders ein Gegenſtand des Studiums des Germaniſchen,

Digitized by Google

weil er ohne diese vorläufige Einsichten in der Erlernung der teutschen Rechte nicht fortkommen kan.

Jos. Ayloffe's Calendaris of the ancient Chartres and of the Scottish and Welsh Rolls in the Tower with Specimens of the old hand writings new. Lond. 1774.

Art de verifier les Dates de faits historiques et autres anciens monumens depuis la naissance de N. Seigneur parle moyen d'un tableau chronologique par des religieux Benedictins. Nouvelle edition augmentée et corrigée. Paris 1770.

Joh. Henr. Wasers histor. dipl. Jahrzeitbuch zur Prüfung der Urkunden auch einzelnen Begebenheiten der h. u. Weltgeschichte nach der wahren Schöpfungsepoche in eine richtige und ununterbrochene Zeitordnung zu bringen, und mit den Erscheinungen am Himmel zu verbinden, mit den dazu erforderlichen Kupfern und Tabellen, auch einer Anweisung zum Gebrauch dienlichen Beyspielen versehen. gr. Fol. Zürich 1779.

Chr. Gottl. Haltaus Calendar. medii aeui praecipue German. Lipſ. 1729.

Jo. Jac. Rave Calendarium festorum dierumque mobilium atque immobilium perpetuo in vsum chronologiae historicae et rei diplomaticae. Onolsbac. 1734.

299

Sehr viele germanische Rechtswahrheiten sind in alten heutzutage unverständlichen Wör-

tern verſteckt. Wir müſſen ſie alſo durch die etymologiſche Entwicklung ihrer Bedeutung entziffern *a*), wozu uns die Kenntnis der alten Sprachen *b*) und die zu dem Ende verfertigte Gloſſarien *c*) behilflich ſind.

a) *Dreyer* de vſu genuino Jur. Angloſax. p. 21.

b) Tabulae parallelae antiquiſſ. Teutonicae Linguae dialectorum Moeſogoth. Francothiot. Angloſax. Runicae et Island. Subiectis monumentis opera *Caroli Michaeler.* Oettingae 1776.

Jo. Schilteri Theſaurus Antiquitatum Teutonicarum. Vlmae 1728. III. Tomi.

Ge. Hikeſii Theſaurus Linguarum Veter. ſeptentrionalium grammat. crit. Archaeologici. Oxon. 1705. II. Vol.

Guil. Wottoni conſpectus Theſauri Linguae Septentr. Londini 1708.

Ern. Jo. de Weſtphalen Biblioth. etymologica in F. Specim. Monum. Meklenb.

c) *Caroli du Freſne du Cange* Gloſſarium ad Scriptores mediae et infimae Latinitatis. Paris 1678. 3 Vol. 1733. 6 Vol. Baſileae 1762. III. Vol. VI Part.

Carpentier Gloſſarium nouiſſimum.

Haltauſii Gloſſ. german. Med. aevi Tomi II. Lipſ. 1759.

Io. Ge. Wachter Gloſſarium germanicum. Lipſ. 1736.

Digitized by Google

Barthii Gloſſarium Latino-barbarum ap. *Ludewig* in Reliqu. MSS. Tom. III.

Jac. Gothofredi Gloſſar. nomicum in Tom. VI. Cod. Theodoſ.

Gloſſaire du Droit François contenant l'explication de mots difficiles, qui ſe trouvent dans les ordonnances de nos Roys, dans les coutumes du Royaume dans les anciens Arrêts et les anciennes Titres. Donné cy devant au public — par Mr. François Rageau, Revû, corrigé, augmenté des mots et de notes et remis dans un meilleur ordre par Mr. Euſebe de Lauriere. à Paris 1706. II. Tomes.

Giles Jacob A new Dictionary containing the interpretation and definition of Words and Terms uſed in the Law. In the Savoy. 1729.

Friedr. Gottl. Struve Sammlung und rechtliche Erklärung unterſchiedener teutſcher Redensarten und Wörter, welche in den gemeinen Rechten, Landesordnungen und Stadtrechten vorkommen, nach alphabetiſcher Ordnung zuſammengetragen. Hamb. 1748. 4.

Theſaurus Beſoldo-Speidelianus. Pedeponti 1740.

Pauli Matthiae Wehneri et Jo. Rudingeri practicarum iuris obſeruationum Editio nova, cum nouis diuerſorum Jurisconſultorum additionibus, indicibus et Praefatione *Jo. Schilteri*. Argentorati 1701.

Repertorium reale pragmaticum iuris publici et feudalis imperii romano-germanici mit einer Vorrede Chr. Gottl. Buders. Jenae 1751.

Repertorium iuris priuati germanici cum praefatione *Jo. Aug. Hellfeldii*. Jenae 1753-1763. IV Tomi.

G. St. Wiſand juriſtiſches Handbuch. Hildburgh. 1763. 8.

Digitized by Google

300.

Bei sehr vielen Rechtsmaterien kan man die Gesetze weder verstehen noch gehörig anwenden, wenn man nicht mit den Gegenständen selbst bekannt ist, wie z. B. von dem Wechsel- Handwerks- Bauerrecht und der bürgerlichen Gewerbe, desgleichen von den Regalien und den Bergwerkssachen wird man nicht richtig urtheilen können, wenn man nicht die Kameralwissenschaften gut inne hat. Sie sind der **Inbegrif der Wahrheiten von den Mitteln alle öffentliche Anstalten so wol zum gemeinen Wohl des Staats als zum besondern Besten seiner Glieder zu leiten und anzuordnen.** Es ist zwischen ihrem Systeme und der Staatskunst kein Unterscheid, und sie schließt nicht nur die Finanzwissenschaft, oder die Wissenschaft von dem baaren Vermögen des Staats und dessen Aufbringung durch die Einkünfte und Verwendung durch die Ausgaben, sondern auch die Polizeywissenschaft in sich, welche lehrt, wie zum Wohle der Menschen eines Theils die Hervorbringung der gemeinsten Bedürfnisse des thierischen Lebens, andern Theils auch alle An-

stalten die sich auf den geistigen Theil der Menschheit, ihre Sittlichkeit, und die vielen aus der Geselligkeit entstehenden Verbindungen und Verhältnisse der Menschen unter einander beziehen, eingerichtet werden müssen. Nur die Oekonomie bleibt davon abgesondert, die sich mit den Einrichtungen und Verfahrungsarten zu Hervorbringung der gemeinsten Bedürfnisse des physischen Lebens der Menschen beschäftigt.

Siehe J. C. C. Rüdiger über die systematische Theorie der Kameralwissenschaften. Halle 1777.

Schriftsteller, die blos aus teutschen Alterthümern die Wissenschaften bereichert haben:

Friedr. Ullr. Stisser Forst- und Jagdhistorie der Teutschen. Leipzig, 1754. mit Frankens Zusätzen.

Jo. Jac. Reinhardt de jure forestali Germ. Norimb. 1758.

Jo. Heumanni Initia Iur. politia Germ. Norimb. 1758.

Dessen Geist der Gesetze der Teutschen. Nürnb. 1761. 1779.

F. L. Stissers Einleitung in die Landwirthschaft der Teutschen.

H. A. Fischers Versuch einer Beschreibung der alten teutschen Oekonomie und des in der Folge daraus erwachsenen teutschen Kammerwesens. Leipzig 1755.

I.

FORMULA IURAMENTI CLERICORUM TEMPORE CAROLI M.

Sacramentale qualiter promitto ego, quod ab iſto die in antea fidelis ſum domino Karolo piiſſimo imperatori, filio Pippini regis; et Berthanae reginae, pura mente, absque fraude, et malo ingenio, de mea parte ad ſuam partem et ad honorem regni ſui. Sicut perdrictum eſſe debet homo domino ſuo. Sic me adjuvet Deus et iſta Sanctorum patrocinia quae in hoc loco ſunt, quia diebus vitae meae per meam voluntatem in quantum mihi Deus intellectum dederit, ſic adtendam et conſentiam.

ALIUD.

Sacramentale qualiter repromitto, ego domno Karolo, piiſſimo imperatori, filio Pip-

Digitized by Google

pini regis et Berthanae, fidelis ſum, ſicut homo per drictum debet eſſe domino ſuo, ad ſuum regnum et ad ſuum rectum: et illud ſacramentum, quod iuratum habeo, cuſtodiam et cuſtodire volo, in quantum ego ſcio et intelligo, ab iſto die et in antea. Sic me adiuvet Deus, qui caelum et terram creavit et iſta ſanctorum patrocinia.

II.

CONSTITUTIO DE EXPEDITIONE ROMANA.

In nomine ſanctae et individuae Trinitatis. Karolus divina favente gratia Rex Francorum et Romanorum. Si praedeceſſorum noſtrorum morem ſequimur, non ſolum praeſentibus, ſed et ſuccedentibus ſubvenire nitimur. Hac de cauſa univerſorum cognoſcat experientia qualiter dum pro noſtra conſervatione coronaeque perceptione proficiſcendi ad Apoſtolicam ſedem inſtaret, cum quam multis principibus annum Wormatiae transegimus, ibique omnem Reipublicae ſtatum utilem et honeſtum confirmare; nocivum atque contrarium radicitus extirpare decrevimus. Interim dum haec agerentur, caſu contigit, Principes cum militibus de Romana expeditione quae tunc inſtabat, acer-

Digitized by Google

be contendere, conſtringentes eos multo plures halſpergas de beneficiis ſuis ducere quam *fatentur* [1]) ſe poſſe, vel jure deberet. Sed *quoniam* [2]) hoc non ab aliquo anteceſſorum noſtrorum terminatum *fuerit* [3]) *dignum duximus* [4]) ut eorum altercationi finem et *modum* [5]) imponeremus atque decretum et certam aliquam legem ſuper omni Romana expeditione concederemus. Statuimus ergo et decrevimus eum conſenſu tam ſpiritualium, quam ſaecularium principum, ibidem nobiscum aſſidentium quando pro corona noſtra, vel aliqua regni utilitate aut honore, Romana expeditio a nobis vel a ſucceſſoribus noſtris praeparetur; ad omnium nobiscum euntium praeparationem annus cum ſex hebdomatibus pro induciis detur et *taliter per totum* [6]) regnum fidelibus noſtris indicetur. Cuicumque autem ſecundum hanc legem eadem expeditio imperetur, ſi ad curiam Gallorum, hoc eſt, in campum, qui vulgo Rungalle dicitur, dominum ſuum non comitetur et ibi cum militari apparatu non repreſentetur, feodo praeter hos, qui cum gratia dominorum ſuorum *remanſerint*, [7]) in conſpectu noſtro absque ſpe-

1) *Senck.* fatebantur.
2) *Velſerus.* quando.
3) *Senck.* fuerat.
4) *Velſ.* et *Senck.* duximus dignum.
5) *Velſ.* commodum.
6) *Velſ.* per totum taliter.
7) *Velſ.* remanſerunt.

recuperationis privetur. Qui autem per *homiuum* [8]) ſive liberi ſive tumuli dominis ſuis adhaeſerint, quot decem manſos in beneficiis poſſideant, tot brunius cum duobus ſcrutariis *ducant; ita tamen ut pro Halsperga tres marchas et pro ſingulis ſcrutariis* ſingulas marcas accepiant, et ſic eundo et redeundo cum hoc ſtipendio ſine omni dominorum damno vel expenſa, niſi quantum ipſis dominis placuerit, fideliter ſerviant. Si autem forte, quod abſit, accedat, ut iidem milites diverſos dominos propter diverſa beneficia acquirant ne aliquod beneficium indebitum vel ſine ſervitio remaneat, ſinguli ſingula debita ſingulis dominis perſolvunt: qui vi videlicet quantum ab ipſis, ſi irent, acceptari erant, tantum ſe daturos cognoſcant, vel in praefato loco (ut dictum eſt) *feodum amittant niſi aliqui a nobis vel a Regno ſint inbeneficiati, hi ſi nobiſcum vadant, nolumus ut feodum amittant,* [9]) ſed ſtipendia, niſi voluntate dominorum non praetermittant. Similiter de eccleſiarum filiis vel domeſticis, id eſt miniſterialibus vel quorumcunque principum clientela qui quotidie ad ſerviendum parati eſſe debent ſtatuimus ut quicunque quinque manſos in beneficio poſſideant, domino ſuo ad quem perſinent, brunium cum

8) *Velſ.* vacat.
9) *Velſ.* vacat.

uno ſcrutario elucant et hoc in in arbitrio dominorum pendeat, quos ducunt, a quibus ſtipendia accipiant, quibus Halſpergas concedant. Ipſis *etiam* ad itineris praeparationem quinque librae ſuae monetae in ſtipendium tribuantur, et duo equi, unus curreus, alter ambulans *addantur* [10]) ac duobus ſociis ſoumarius *victilibus* [11]) bene oneratus comitatur, qui ab ipſis ac opus dominorum diligenter, cuſtodiatur. Ipſi quoque in dominorum tam diu vivent procuratione quam diu *incepta* [12]) vadant expeditione et quid a rebellibus *regnis* [13]) pugnando acquiſierint, partes duas ad dominos deferant; tertiam ſibi proconſulatione retineant. Quos autem non paſcunt domini, ad ipſas reportent tertiam partem ſui acquiſiti. Singuli vero principes ſuos habeant officionarios ſpeciales, Murſculcum, Dapiſcerum, Pincernum et Kamerarium: Qui quatuor quanto plus ſunt laboraturi tanto plus in ſtipendio, in veſtitu, in equitatu prae ceteris ſunt honorandi: *ſcilicet* [14]) unicuique iſtorum decem librae cum tribuuntur: quartus Marſchalco addatur: quorum unum ad pugnandum, tertium, ad ſpa-

10) *Velſ.* et *Senck.* adelatur.
11) *Velſ.* et *Senck.* victualibus.
12) *Velſ.* et *Senck.* in incepta.
13) *Velſ.* et *Senck.* regni.
14) *Velſ.* vacat.

ciendum quartum ad loricum portandum. Isti vero tales remanere cupientes si apud dominos impetrare valeant quot mansos possideant *tot libras sue monete* [19]) vel totum fructum feodi in illo anno pro stipendio persolvant. Vt autem nostrum imperium ab omnibus habeat supplementum, hoc constituimus et firmiter praecepimus ut singuli busingi decem cum duodecim funibus de canopo solidas dominis suis impendunt et insuper soumarium cum capistro concedant; quem si domini voluerint, ipsi ad primam naualem aquam perducant. Mansionarios quinque solidos: Absarius triginta denarios. Bunajarius quindecim quorumlibet larum possessores sex. sex suppleant. Et ut haec nostri decreti auctoritas, inviolabilem et incorruptam in Dei nomine apud omnes successores nostros obtineat emunitatem, iunctis principibus qui aderant adstipulantibus, manu propria subter eam roborare decrevimus, et annuli nostri signo assignari jussimus.

Signum Karoli Glorioſiſſimi L R S L Regis

19) *Velſ larium. Velſ.* et *Senckenb.* uſque.

Hernuſtus notarius ad vicem Lutwardi Cancellarii recogno vi data VIII. Idus Junii, Anno ab incarnatione Domini N. IX. DCXL. Regni autem ejus XXII. ante conſecrationem. Actum Wormatiae feliciter. Amen.

III.

DIPL. NIEDERALTEICH.

c. a. 802.

In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti. Carolus Sereniſſimus auguſtus a deo coronatus, magnus, pacificius, Imperator, qui et per miſericordiam Dei, dex francorum et longobardorum; fulrado abbati. Notum ſit tibi quia placitium noſtrum generale, anno praeſenti condictum habemus, infra Saxoniam in orientali parte. Super fluvium Rota in loco que dicetur Staraſurt. qua propter precipimus tibi, vt pleniter cum hominibus tuis bene armatis ac preparatis ad perdictum venire debeas XII. Kal. Jul. quod eſt ſeptem diebus ante miſſam S. Johannis Baptiſte. Ita vero praeparatus cum hominibus tuis ad predictum locum venies, vt inde in quamcunque partem noſtra fuerit iuſſio et exercitaliter ire poſſis, id eſt cum armis atque vtenſilibus, nec non et cetero inſtrumento bellico, in victualibus et veſtimentia, ita vt vnusquisque cabalarius ha-

bent ſcutum et lanceam et ſpatam et ſemiſpatum, arcum et pharetras cum ſagittis, et in carris veſtris vtenſilia diuerſi generis, id eſt amiada (cuniada) et dolaturia, tarratros, aſſias, foſorios, palas ferreas et cetera Vtenſiliaquel in hoſtem ſunt neceſſaria. Vtenſilia vero carris de illo placito in futurum ad tres menſes arma et viſtimenta ad dimidium annum, et hoc omnino precipimus, vt obſervare facietis, vt cum bona pace pergatis, ad locum predictum per quamcunque partem regni noſtri itineris veſtri rectitudo nos ire fecerit, hoc eſt, vt preter herbam et lingna et aquam nihil de ceteris debus tangere preſumatis et vniuscuiusque veſtri homines, vna cum carris, et caballariis ſuis vadant et ſemper eum eis ſint vſque ad locum predictum qualiter abſencia domini locum non det hominibus eius mala faciendi. Bona vero tua ad placitum noſtrum nobis preſentare debes, nobis medio menſe Maio transmitte ad locum vbicunque tunc fuerimus ſi forte rectitudo itineris tui ita ſe comparet, vt nobis per te ipſum in profectione tua ea preſentare poſſis. Hoc magis optamus. Inde vt nullam negligentiam exinde habeas, ſicut gratiam noſtram velis, habere.

Digitized by Google

IV.

Sequens diploma cui tribuam dubius ſum. Inſcriptum illi eſt a manu ſat antiqua:

III

Sententia Heinrici regis, qua abbatis ñ faciat ſine conſenſu capicli. et alio loco a recentiori manu: Sententia Henrici Imperatoris data ao. 1278. pro Henrico abate Corbejenſi, et his ſubſcriptum ab alia manu: Henricus 3. Imperator regnauit a. 1245. immediate ante Imperatorem Guilhelmum. Equidem nihil definia. Diploma interim ita habet:

H. dei gratia Rom. Rex et ſemper Auguſtus vniuerſis infeudatis miniſterialibus oppidanis totique familie corbeienſis eccleſie gratiam ſuam et omne bonum. Vniuerſitati veſtrae duximus ſignificandum quod coram nobis cum requireretur in ſententia. Venerabili H. corbeienſi electo requiſitis omnibus extitit adiudicatum quod vniuerſa officia eccleſie ſue pertinentia vacent et ad nutum ſuum ſint inſtituenda exceptis quatuor officiis principalibus quorum bona nullius iuſtitiae vel a ſtutiae interuentu ab ipſis officiis poterunt alienari. Officiatorum quoque filii ſeniores et legitimi patrum ſuccedent officiis pleno iure. Verum ne quidem in-

Digitized by Google

in ciuitatibus oppidis et villis campſiones denariorum ñ fiant, niſi de conſenſu et voluntate abbatis prememorati et moneta nullatenus cudenda nnon quemcunque miniſterialis vel officiatus perſonam domini ſui offenderit, iure ſuo priuari debet, et officio. nec de benivolentia principis relaxetur. Demum quicunque abbas dotem eccleſie ñ de conſenſu et communi deliberatione capituli obligauerit. creditor abbatem ſucceſſorem ſuum non impetet neque artabit, exigente rigore iuris. cuiusquam obligationis vel debiti occaſione. Donationes manſorum conceſſiones feudorum obligationes pignorum ante regalium perceptionem fce ſunt in irritum reuocande. Cum itaque vniuerſa predicta dictante principum et aliorum magnatum et fidelium imperii ſententia ſint confirmata. Mandamus fidelitati veſtre ſub poena gratie noſtre firmiter precipientes. quatenus ea ſicut fidem veſtram condecet et honeſtatem abbati prememorato tanquam domino veſtro illeſa et integra conſervetis. quod qui non fecerit. indignationem omnipotentis dei noſtreque majeſtatis graſcem offenſam nouerit incurſurum.

Datum apud Wirzeburg VI. Kal. Iul. Indict. XI.

V.

Formula de Vicariatu Lombardiae. Ex Codice MSCto. Epist. P. de Vincis, qui in Vaticana Bibliotheca exstat Nro. 955. a J. D. Schoepflino publicata.

Commissio Vicarie cum gladii potestate ad extollenda iustorum preconia et reprimendas insolertias transgressorum prospiciens e celo iustitia erexit in populis regnantium solia et diuersorum Principum potestates. Caruisset namque libenter humana conditio iugo dominii ni libertatem a se quam eis natura contulerat homines abdicassent nisi quod impunita licentia scelerum in euidentem perniciem humani generis redundabat. Et sic ex necessitate quadam oportuit naturam subesse iustitiae et seruire iudicio libertatem. Sed non exquiri debuit extrinsecus species alia creaturae cui se representata per homines coelestis imago subiiceret. Vnde homo praelatus est homini ut gratiorem prelaturam efficeret. Potissime tamen ad regimen populorum divina sententia prefecitimperium dum ostensa sestertius figura numismatis in reditione Cesaree census fortunae prae ceteris regibus fastigium presigniuit; cui diuersimodas subdidit nationes; non ob hoc solum ut eis imperanda preesset, sed ut ipsis iustitiae copiam ministrando prodesset. *Attendite* contra, quod imperialis nostri efficii debito, quod ex celesti dispensatione su-

ſcepimus villicationis noſtrae ſumus in die diſtricti iudicii reddituri cum qualitate diuerſorum negotiorum imperii per nonnullas et diviſas partes maieſtatis noſtre preſentiam non neceſſario *requirente* in partibus Pedemontis morari continuo preſentialiter nequeamus ne magnificentie noſtre praeſidio ac iuſtitiae careat regio memorata. *Ecce pro defenſione noſtrorum et conſervatione imperii iurium et honorum ac boni et pacifici ſtatus ipſius provincie nec-non inſtanti et viva guerra noſtris rebellibus inferenda de tua iuſtitia et legalitate ab experto confiſi te generalem Vicarium a Papia ſuperius duximus ſtatuendum.* Concedentes merum ac mixtum imperium *cum gladii poteſtate ut in facinoroſos homines animaduertere valeas purgando provinciam tibi decretam*, et ſpecialiter ut eos qui ſtratas et itinera publica auſu temerario violari preſumunt puniendo inquiras et purias inquiſitos criminales ciuiles et liberales quoque audias et determines queſtiones, *quarum cognitio ſi nos preſentes eſſemus ad noſtrum iudicium pertineret. Decreta etiam interponas quae in alienatione rerum eccleſiaſticarum et minerum ac tranſactione alimentorum ſecundum iuſtitiam interpone petuntur*, et inſuper ut minoribus et maioribus quibus uniuerſalia iura ſuccurrunt cauſa cognita reſtitutionis in integrum beneficium largiaris plenam tibi concedimus poteſtatem

ſtatem. *Ad audientiam quoque tuam appellationes deferri volumus* quas a ſententiis ordinat appellari *verum tamen ſententiis tuis ad audientiam nihilominus libere valeat provocari.* Quo circa tuae deuotioni precipimus quatenus preſens tibi nunc per excellentiam noſtram commiſſum officium in tam pretioſa imperii noſtri parte, adeo fideliter et ſollicite perſequaris, ut qualem ad maieſtatem noſtram affectum habeas merito comprobare poſſimus et de bonis in melius dignis proſequi augmentis. Ecce quidem per partes noſtras licentiam damus uniuerſis diſcrete tibi prouincie in mandatis, ut tibi generali eis in noſtra Maieſtatis ſtatuto Vicario ſuper exercendo ipſo officio tanquam perſonae noſtrae obediant et intendant.

VI.

CONSTITUTIO FRIDERICI II. IMPER. c. a. 1215.

Fridericus dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus, et rex Sycilie. Univerſis preſentem paginam inſpecturis fidelibus ſuis gratiam tuam et omne bonum. Singnificamus nobis talem in preſentia noſtra per principes et magnates Imperii latam eſſe ſententiam quod ſi forte alicui per Cyrotecam noſtram contulimus forum annuale, vel ſeptimo-

monale in quocunque loco, quod Comes aut alius iudex aliquis illius prouinciae non debeat illic habere iurisdictionem vel aliquam potestatem puniendi maleficia, sed si forte latro vel fur vel alius maleficus fuerit condempnatus, comiti sine iudici provinciali de loco illo erit presentandus ad sententie in eum late executionem. Datum apud Wimpinam XI. Kal. Augusti Indictione VI.

VII.

Disquisitio Instrumenti Pacis Westphal. a Legato Würtemb. Varenbulero concinnata. d. $\frac{20}{30}$ Maji 1648.

Art. I. Pax universalis, et partes inter quas consistere debeat.
— II. Amnistia universalis.
— III. Restitutio ex Amnistia universalis.
— IV. Restitutio ex Amnistia specialis.
1) Domus Palatinae.
2) in octavum Electoratum.
α) certis conditionibus ut remaneat dignitos Electoralis penes Maximilianum Bawarum totamque lineam Guilhelminam in perpetuum.
β) nec non ad Bawares perdinent totus Palatinatus superior, casata e contra oppignoratione a Ferdinando II. pro 13 Millionibus Electori Bawaro in Austria superiori constituta.

Digitized by Google

γ) ut Palatinus Carolus Ludovicus admittatur octavo et ultimo loco ad dignitatem Electoralem.

b) in totum Palatinatum inferiorem ut tamen

α) Feuda interim ab Imperatore et Bavaro conceſſa maneant rata a Palatino in poſterum requirenda.

β) Exercitium Religionis Cathol. ibidem ſtabilitum cum Iuribus, bonis et reditibus non immutetur, nec eliminetur, ſpecialiter vero

aa) Monaſterium Herel.

bb) Monaſterium Eiſenthal.

cc) Monaſterium Capucinorum.

γ) Libera Imperii nobilitas per Franconiam, Sueviam et Tractum Rheni maneat in Statu immediato et a Domu Palatina in poſterum non gravetur.

δ) Certae Stratae montanæ præfecturæ Electori Mogunt. reſtitutæ maneant penes Archi-Epiſcopatum Mogunt.

ε) pretio tamen pignorationis in parata pecunia exſoluto.

ζ) Carolus Ludovicus et fratres ejus pro ſe et hæredibus ſuis renunciant Palatinatui ſuperiori in perpetuum

donec ex linea Guilhelmina legitimi masculi ſuperfuerint.

η) de Appennagio Fratribus Palatinis ordinabit Caeſar $\frac{m}{400}$ Imperiales.

ϑ) Carolus Ludovicus v. tenetur proſpicere Catharinæ Sophiæ de alimentis de Camera Heidelbergenſi.

ι) de cætero tota Domus Palatina gaudeat Amniſtia.

κ) in defectum lineæ Wilhelminæ dignitas electoralis redeat ad Palatinam domum cum Palatinatu ſuperiore ſalvis tamen meliorationum et aliis prætenſionibus hæredibus Electoris Bav. allodialibus.

c) Palatinus Ludovicus Philippus reſtituatur in omnes ſuas ditiones, Friedericus in quartam partem vectigalis Vilzbacenſis, Coenobium Hornburg, et aliquas hereditatis paternæ partes reſtituatur, Princeps Leopoldus Ludovicus in Comitatum Veldenz.

2) Reſtitutio Domus Brandenburgicae Culmbacenſis et Onolzbacenſis in Caſtrum Wilzburg et controverſia ſuper præfectura Kizingen ad amicabilem compoſitionem aut ſummarium Juris proceſſum remiſſa.

3) Domus α) Wurtenbergica in omnes eccleſias, coenobia, oppida et arces, ju-

ribus et prætenſionibus Domus Auſtriacae et Wurtenb. utrinque reſervatis in Achalm, Stauſen et Blaubeuren.

β) lineæ Mompelgardenſis in omnes ditiones et jura.

4) Badenſis

a) plenaria reſtitutio in omnes terras et jura, annullatis omnibus tranſactionibus interim in contrarium factis.

b) alternatio præcedentiae inter lineas Durlacenſem et Badenſem.

c) remiſſa prætenſio in Baronatum Hohen Gerolzeck ad cognitionem pleniorem.

5) Dux de Croy.

a) reſtituitur in baronatum Vinſtingen.

b) ut tamen Imperio feudi jure immediate ſit ſubjectus.

6) Comitum de Naſſau reſtitutio

a) Sigenſis controverſia aut amicabili compoſitione, aut per ſententiam decidenda, comite Ioh. Mauritio in poſſeſſione manente.

b) Naſſau Saraepontanorum plenaria præſertim

α) in Comitatu Sarwerdano et Saraepontano ipſis a Ducibus Lotharingiæ ademto.

β) in ſortalitio Hombnrg.

γ) prætenſis damnis ad competen tis judicis cognitionem remiſſis.

7) Domus Hanovicæ.

8) Solmenſis

a) Iohannis Alberti Solmenſis Comitis in urbis Buzbach partem.

b) Domus Hohen - Solm in omnia bona anno 1637 in ipſis ademta.

9) Iſenburgenſis

a) gaudeat amniſtia generali.

b) beneficium reſtitutionis in integrum ſalvum ſit 1) contra Landgravios Haſſiae et 2) Comites de Hohen-Solms.

10) Rheingraviorum in terras Broneck' Wildenburg et Moerchingen.

11) Sainenſis et Witgenſtainenſis in praefecturam Hachenburg et pagum Berndorf.

12) Domus Falckenſtain et Comitum de Razzeburg, cogn Löwenhaupt

13) Domus Waldeck.

14) Comitis Joachimi Erneſti de Oetingen.

15) Domus Hohenloicae.

16) Domus Löwenſteinienſis.

a) Friederici Ludovici in omnes comitatus et dynaſtias antea poſſeſſas.

b) Ferdinandus Carolus in omnes terras, reſervato tamen jure.

Digitized by Google

α) Mariae Chriſtinae in bonis paternis.

β) Viduae Ioh. Caſimiri ratione dotalitii et hypothecarum.

17) Erpacenſis.

18) Brandenſtein,

19) Khevenhüller, haeredum Löffleri et dominorum de Rölingen.

20) Extortorum, ita, ut

a) quidquid vel ſtatibus l. ſubditis per quemcunque per modum obligationis extortum.

b) et retentae et ceſſae actiones nullius ſint valoris.

c) inſtrumenta a debitoribus extorta creditoribus reſtituantur.

d) proceſſus eo nomine decreti et promiſſiones pro futura reſtitutione extortae tollantur.

e) Salvis tamen pecuniis pro aliis ad evertenda pericula bono animo erogatis.

21) Sententiae tempore belli latae de ſecularibus rebus, niſi proceſſus vitium manifeſte pateat, ab effectu rei judicatae ſuſpendantur; donec Acta judicialia revideantur.

22) Intermiſſio repetitionis Inveſtiturae quoad Feuda ab anno 1618. uſque ad

Digitized by Google

diem concluſae pacis nomini ſint fraudi.

23) Reſtitutio officialium tam bellicorum, quam togatorum, civilium et eccleſiaſticorum.

a) Si non ſunt ſubditi vel vaſalli haereditarii Imperatoris et domus Auſtriacae pleniſſima.

b) Si ſunt ſubditi vel vaſalli haereditarii domus Auſtriacae, gaudeant hac Amniſtia.

α) quoad perſonam, vitam, famam et honores indifferenter, habeantque reditum in patriam, modo legibus patriis ſe accommodent.

β) quoad bona.

1) quae ipſis ademta ſunt, antequam pro Suecis et Gallis arma ſumſerunt, non reſtituantur.

2) quae v. ipſis ademta ſunt, poſtquam arma ſumſerint, reſtituantur, amiſſis tn. fructibus perceptis.

24) In Bohemia et provinciis Imperatoris haereditariis jus et juſtitia A. C. addictis ſubditis et creditoribus ſine reſpectu religionis exerceatur.

25) A reſtitutione excipiuntur

a) quae reſtitui nequeunt ſc. mobilia et ſe moventia;

Digitized by Google

b) deſtructa, aut in alios uſus publicos converſa aedificia.

c) depoſita, confiſcata, legitime vendita, ſponte donata.

26) Cauſa Juliacenſis pace confecta aut amicabili compoſitione aut ordinario proceſſu derimatur.

Art. V. Gravamina tollantur, ita, ut

1) Transactio Paſſavienſis et Pax religioſa maneant in vigore, ita, ut

a) ulterius hic transacta ſint pro perpetua declaratione in et extra Judicium obſervanda.

b) donec de religione ipſa convenerit.

c) non attentis ullis contradictionibus, proteſtationibus et ſimilibus.

d) in reliquis omnibus ſit inter utriusque religionis ſtatus aequalitas mutua et exacta.

e) via facti omni prohibita.

2) Terminus reſtitutionis in eccleſiaſticis et quae intuitu religionis in politicis mutata ſunt, a quo ſit dies 1. Jan. 1624. ita ut

a) reſtitutio ex capite Gravaminum ſit univerſalis.

b) Auguſtae Vindelicorum, Dinckelſpulae, Ravenſpurgi et Bibraco ſit ratione dignitatum Senatoriarum aliorumque munerum publicorum

inter utriusque religionis homines aequalitas, idemque numerus.

c) de Civitate vero Donawerda agatur in proximis comitiis, nec

d) terminus de anno 1624. praejudicet restituendis ex Amnestiae.

3) Restitutio bonorum ecclesiasticorum.

a) immediatorum, fiat

α) in perpetuum, unde

β) persona ecclesiastica s. religiosa vel sola vel cum capitularibus sive singulis s. universis mutans religionem statim perdit beneficium, honore tamen et fama illibatis,

γ) turbati a 1. Ian. 1624. quocunque modo sunt illico restituendi in ecclesiasticis et politicis.

δ) Iura eligendi et postulandi maneant illibata, quatenus

1) Constitutionibus imperii, Transactioni Passavienſi, Paci religiosae et huic declarationi sint conformia.

2) et ratione Archiepiscopatuum et Episcopatuum Aug. Confess. addictorum nihil in se contineant illi confessioni adversum.

ε) Nulla tamen beneficia fiant haereditaria, sed libera maneant capitulo et cui id competit, tam ele-

Digitized by Google

ctio quam poſtulatio et Sede vacante adminiſtratio.

ζ) Ius primariarum precum quomodo peragendum.

η) Iura Pallii, Annatarum, Confirmationum, Menſium Papalium, in bonis immediatis Statuum.

a) A. C. addictorum nullam habeant validitatem aut executionem.

b) in mixtis, v. quatenus decedentes ex numero Catholicorum fuerint, modo proviſio papalis immediate e Curia Romana et tempore legitimo inſinuetur.

ϑ) quoad A. C. addictos poſtulatos aut electos AEpiſcopos, Epiſcopos, Praelatos, illi

a) a Maj. Caeſarea inveſtiantur.

b) ultra ordinariam taxae Summam dimidiam inſuper pro infeudatione pendant.

c) ad univerſales et particulares Imperii conventus literis ſolitis evocentur et Suffragii jure fruantur.

d) perſonis ex conventione Praeſulum et capitulorum mittendis.

Digitized by Google

e) titulo electorum aut postulatorum in A Episcopum, Episcopum, Praelatum etc. insigniantur.

f) Sessionem habeant in scamno inter ecclesiasticos et seculares intermedio, adsidentibus quidem a latere, sed aliquantulum retro directoribus.

μ) Numerus Capitularium et Canonicorum s. Aug. Confessionis s. Catholicorum, qui fuit I. Jan. 1624. in perpetuum maneat.

a) decedentibus ejusd. religionis consortes surrogentur.

b) supernumerarii utriusque religionis, qui nunc sunt, beneficia possideant ad dies vitae.

c) mortuis v. surrogentur religionis alterius personae, donec numerus qui fuit anno 1624. fuerit redintegratus.

κκ) Exercitium religionis in mixtis permaneat, quatenus id anno. 1624. palam fuit receptum et permissum.

λλ) Quae bona Ecclesiastica immediata vel in satisfactionem, vel aequivalentem recompensationem aut indemnitatem cesserunt, nullum ex hac transactione sentiant praejudicium, sed suis conventionibus peculiaribus relinquantur.

Digitized by Google

b) Mediatorum bonorum eccleſ. reſtitutio facienda.

α) Aug. Conf. addictis.

1) perpetuo, donec controverſiae religionis componantur.

2) nullis attentis exceptionibus, ſecundum

3) fundamentum reſtitutionis unicum, ſc. habitam poſſeſſionem d. 1. Jan. 1624. ita, ut

4) quidquid ab eo tempore, quocunque tempore interverſum aut ademtum omnino absque mora, et ſpecialiter

5) Monaſteria et bona eccleſiaſtica Würtenbergica reſtituantur in priſtinum ſtatum.

6) una cum documentis ablatis et

7) in habita ſ. recuperata poſſeſſione A. C. addicti nullatenus turbentur ſed perpetuo protegantur.

β) a Cathol. Religione poſſeſſorum bonorum.

1) d. 1. Jan. 1624. ut tamen

2) in alios Religioſorum ordines, quam quibus dicata ſunt, non commutentur.

Digitized by Google

3) niſi ille ordo plane interciderit, quo caſu

4) novis Religioſis alicujus in Germania ante Religionis diſſidia uſitati ordinis ſubſtituantur.

γ) In Mixtis maneat idem ſtatus, qui fuit 1. Jan. 1624.

1) tam quoad numerum religioſorum.

2) quam quoad publicum exercitium

δ) Ut ratione primariarum precum, et Menſium papalium idem jus ſit, quod in immediatis ſupra ſtatutum.

ε) A. C. addictis Jura in bonis mediatis Catholicorum anno 1624. poſſeſſa maneant illaeſa, modo

1) inſtituto Cathol. religionis per ea nihil praejudicetur,

2) et Magiſtratui Catholicorum eccleſiaſtico jura in ipſos religioſos ex inſtituto ordinis competentia maneant ſalva.

4) Oppignorationes.

a) Imperiales

α) juxta tenorem Capitulationis Caeſareae maneant poſſeſſoribus.

Digitized by Google

β) donec consensu Statuum aliter statutum fuerit,

γ) et contra hoc gravati illico restituantur.

b) Statuum oppignorationes

α) ante hominum memoriam obligatae reluitionem non admittunt, nisi meritis causarum sufficienter examinatis.

β) Bona hujusmodi durante bello sine praevia causae cognitione vel non soluta forte occupata una cum documentis restituuntur prioribus possessoribus.

γ) Reluitione postea locum habente et restitutione subsequente

1) dominus directus exercitium religionis suae publicum potest introducere

2) non vero subditos ad deserendam priorem religionem cogere.

3) sed circa publicum exercitium religionis inter eos et dominum directum transactio locum habeat.

5) Libera et immediata Imperii nobilitas cum membris et subditis, et bonis tam feudalibus, quam allodialibus, nisi ra-

Digitized by Google

tione bonorum et reſpectu territorii vel domicilii aliis ſtatibus reperiantur ſubjecti, eodem jure gaudeant quoad religionem et beneficia inde promanentia, quo Status imperii.

6) Civitates Imperii liberae, utpote Status Imperii

a) aeque gaudeant per omnia cum reliquis Statibus his juribus, praeſertim

α) ubi UNA tantum religio anno 1624. fuit in uſu, non attento,

1) quod in Civitatibus, ubi a Magiſtratu et civibus ſolum A. C. exercitium anno 1624. fuit introductum, aliqui Cives Catholici commorentur,

2) aut in aliquibus Capitulis, eccleſiis collegiatis, Monaſteris ibidem Catholicae religionis exercitium vigeat, omnia in ſtatu, quo fuerunt 1. Jan. 1624. relinquenda.

β) Sive uni ſive utrique Religioni addictae, cum primis inter has

Digitized by Google

posteriores mixtas Augusta Vindelicorum, Dinckelspula, Biberacum, Ravensburgum, et Kaufbura in ecclesiasticis et politicis intuitu religionis mutatis in eum statum, quo 1. Jan. 1624. fuerunt.

1) restituantur et in eo absque turbatione conserventur,

2) neutri partium alteram de Religionis suae exercitio, ritibus et ceremoniis turbare fas sit,

3) cassatis exceptionibus omnibus

4) salvis tamen, quae Art. 2. de aliquibus Civitatibus ratione politicorum dispositа sunt.

7) Mediatos et subditos quod attinet, quia

a) Statibus immediatis jure territorii et reformandi exercitium religionis competat et

b) in pace religiosa subditis, si a superioris sui religione dissentiant, beneficium emigrandi concessum, insuperque

Digitized by Google

c) cautum fuerit, quod nemo ſubditas alienas ad ſuam religionem pertrahere aut patrocinari debeat.

A) obſervetur hoc idem quoque porro ab utriusque religionis Statibus, ut tamen eo non obſtante

a) Landſaſſii, Vaſalli et Subditi cujuscunque generis Statuum Catholicorum, qui anno 1624. publicum A. C. exercitium habuerunt, retineant id, cum annexis ſc. inſtitutione Conſiſtoriorum, miniſteriorum Scholaſticorum et eccleſiaſticorum, Jure Patronatus et ſimilium; et

α) maneant in poſſeſſione omnium in dicto anno in poteſtate eorundem conſtitutorum templorum, fundationum, monaſteriorum etc.

β) donec de religione chriſtiana vel uniuerſaliter vel inter ſtatus immediatos et eorum ſubditos mutuo conſenſu aliter erit conventum.

γ) turbati interim reſtituantur.

b) In ſubditis Catholicis Statuum A. C. addictorum idem obſervetur.

B) Pacta et conventiones aut conceſſiones, quae inter immediatos et eorum

eorum provinciales et ſubditos de religionis exercitio interceſſerunt antehac, ratae et firmae manento, quatenus

a) Obſervantiae dicti anni 1624. non adverſantur,

b) quae obſervantia inſtar regulae obtineat,

c) annihilitatis omnibus contrariis latis ſententiis, reverſalibus, transactionibus, interque illas transactione Brunſwicenſium de religione ſtatuum et ſubditorum Epiſcopatus Hildeſienſis anno 1643. inita.

C) Subditi diverſae religionis a Domino, qui anno 1624. nullum ſuae religionis

a) tempore publicatae hujus pacis in illius territorio habitantes et

b) ii, qui ob belli calamitates animo tamen revertendi alio commigraverunt, et redire in patriam volunt, bona venundare aut emigrare,

α) non cogantur, ſed patienter tolerentur et domi devotioni ſuae ſine inquiſitione aut turbatione privatim vacare,

β) in vicinia publico ſuae religionis exercitio intereſſe,

γ) vel liberos exteris A. C. Scholis aut domi privatis Inſtructionibus informandos commit-

tere non prohibeantur, salva tamen semper erga superiores suas reverentia et obedientia.

δ) neutris religionis subditi ob religionem despicatui habeantur aut ab haereditatibus, communionibus tribuum etc. multo minus publicis coemeteriis et honore sepulturae arceantur, sed pari jure cum concivibus suis habeantur aequali Justitia protectioneque tuti.

c) Sponte migrare volentibus sit liberum aut retentis aut alienatis bonis discedere et redire ad res suas inspiciendas. Emigratio autem

α) sit libera, nec sub ullo praetextu impediatur,

β) nec migraturis testimonia denegentur,

γ) aut illi quoquo modo praegraventur.

d) qui post pacem publicatam futuro tempore diversam a superiore religionem amplectuntur.

α) Jussu magistratus termino decennali praefixo emigrare teneantur.

β) impeditis a. bona sua ven-

Digitized by Google

dere et commoditatem domicilii transferre secundus terminus quinquennalis praefigatur.

γ) iisdem tamen beneficiis, quibus sponte migrantes, utantur.

δ) Silesiae

A) Principes, A. C. addicti sc. in Brieg, Liegniz, Munsterberg, et Oels et Civitas Uratislaviensis in libero A. C. exercitio ex gratia Caesaris et Coronae Suecicae et jurium ante bellum obtentorum manutenebantur.

B) Comites, v. Barones, Nobiles cum eorum subditis in reliquis Ducatibus

a) Silesiae ad Cameram Regiam spectantibus immediate

b) et in Austria inferiori de praesenti degentibus Sua Caesarea Majestas, quamvis jus reformandi sibi competat, tamen in gratiam intercedentium permittit

α) quod ob A. C. professionem loco et bonis cedere non cogantur,

β) nec prohibeantur, dictae confessionis exercitium in vicinis locis extra territorium frequentare, modo tranquille vivant.

γ) Sponte migrantibus, qui bona

Digitized by Google

fua vel vendere nequeunt vel nolunt, liber aditus rerum ſuarum inſpiciendarum cauſa concedatur.

δ) In Sileſiae ducatibus immediate a Cameram pertinentibus Imperator 3. eccleſias extra urbes Schweinitz, Jaur et Glogau ſuis ſumtibus aedificare pro A. C. addictis promittit,

ε) reſervata Coronae Suecicae et A. C. ordinibus facultate intercedendi apud Caeſaream Majeſtatem.

9) Jus reformandi

A) non dependeat a qualitate feudali, ſed feuda, ſubfeuda, Vaſalli et ſubditi cum Bonis eccleſiaſticis ex ſtatu anni 1624. perpetuo cenſeantur, quae v. vel judicialiter vel extra, judicialiter innovata ſunt, in priſtinum ſtatum reſtituantur.

B) Territorii Jure controverſo poſſeſſori praefati anni uſque ad deciſionem idem jus eſto.

C) In communitate Juris ſuperioritatis territorialis inter ſtatus A. C. et Catholicos ratione religionis et exercitii ejus et quae religionem concernunt, idem maneat ſtatus, qui fuit 1. Jan. 1624.

Digitized by Google

D) Criminalis Jurisdictio, Centgericht, Jus gladii, retentionis, patronatus, filialitatis etc. neque conjunctim, neque divisim jus reformandi tribuunt et eo colore introducta in contrarium tollantur, cassentur et ab iis non posterum abstineatur.

10) Redituum ratione ad bona ecclesiastica spectantium

A) observetur id, quod pace religiosa §. Dagegen sollen etc. §. alßdenn etc. statutum est, cujus vigore statibus A. C. exsolvantur, quae sibi debentur.

B) Jura protectionis, Advocatiae, aperturae, hospitationis, operarum etc. utriusque religionis statibus in alterius ditionibus legitime adquisita et usurpata omnibus ex aequo maneant salva, ita tamen, ne per usum ejusmodi Jurium reditus bonorum ecclesiasticorum nimis praegraventur aut exhauriantur.

C) Reditus ex alienis territoriis debiti

a) destructis fundationibus ante annum 1624. exsolvantur iis, qui 1. Jan. 1624. in possessione perceptionis fuerunt.

b) destructis v. post 1624. aut in futu-

rum concidentibus ſolvantur dominis deſtructi monaſterii ſ. loci in quo ſitum fuerat.

D) Quae fundationes d. 1. Jan. 1624. in poſſeſſione Juris decimandi in bonis novalibus fuerunt, ſint etiam in poſterum, nihil v. novi Juris inferatur, nec caeteris ſtatibus praejudicio ſit haec diſpoſitio.

11) Jus Dioeceſanum et Jurisdictio eccleſiaſtica

A) contra A. C. Status et ſubditos ſuſpenſa eſto, tam

a) inter Catholicos et A. C. addictos, quam

b) inter Solos A. C ſtatus inter ſe: ad conſequendos, tamen reditus, ubi Catholici anno 1624. notorie in poſſeſſione Jurisdictionis eccleſiaſticae fuerunt, certo modo conceſſa ſit.

B) Catholicorum ſubditi A. C. qui anno 1624. Jurisdictionem agnoverunt, in iis Caſibus, qui A. Confeſſionem non concernunt, etiam in poſterum eidem ſubſint, nec ipſis occaſione proceſſus aliquid A. C. repugnans injungatur.

C) Evangelicorum ſubditos Catholicos, inque hos, qui 1624. publicum exer-

Digitized by Google

citium Religionis Catholicae habuerunt, Episcopi Jus dioecesanum salvum retineant modo 1624. quiete illud in eas exercuerint.

D) In Imperii Civitates mixtae religionis Episcopis Catholicis contra A. C. cives nulla competat Jurisdictio.

12) Transactio Passavienſis, Pax religiosa et haec declaratio.

A) nuspiam impugnetur aut in dubium vocetur.

B) edita hactenus et promulgata in contrarium irrita sunto.

C) dubia si illa incidant, de iis inter utriusque Religionis proceres nonnisi amicabiliter transigatur.

13) In

A) conventibus deputatorum a) ordinariis Imperii numerus ex utriusque religionis proceribus aequetur, de personis v. in proximis Comitis statuatur.

b) in deputationibus comitiorum et ipsis comitiis aequetur numerus ex utraque religione.

B) In commissionibus extraordinariis

a) si res inter solos A. C. status ver-

Digitized by Google

ſatur, ſoli eidem Religioni addicti adhibeantur.

b) Si inter ſolos Catholicos, ſoli Catholici deputentur.

c) Si inter utriusque religionis ſtatus etiam ex utraque religione pari numero deputentur, ita tamen, ut Commiſſarii inſtar ſententiae nihil definire valeant.

14) In caſus religionis et ubi ſtatus tanquam corpus conſiderari nequeunt, vel ubi Catholici et A. C. addicti in partes iverint, ſola amicabilis compoſitio lites dirimat, rejecta votorum pluralitate. In materia collectarum res ad proxima comitia remittatur.

15) Judicia imperii quod attinet

A) Judicium Camerale a) in commodiorem locum transferendum.

b) Judex, Praeſes, Aſſeſſores et quicunque Juſtitiae miniſtri pares numero utriusque religionis praeſentandi

c) Reliqua ad Judicium Camerale pertinentia et reformatio Juſtitiae in proxima Comitia reſerventur.

d) numerus Aſſeſſorum ad 50. adaugendus.

Digitized by Google

e) Interea ſtatus de praeſentandis mature aſſeſſoribus admonendi ſunt.

f) Cauſae eccleſiaſticae et politica inter Catholicos et A. C. addictos ſtatus vel inter hos ſolos verſantes ab Aſſeſſoribus utriusque religionis in pari numero diſcutiantur.

B) In Judicio aulico.

a) idem obtineat, in quem finem A. C. addicti aliquot Aſſeſſores adſciſcendi eo numero, ut paritas ex utraque religione obſervari poſſit.

b) Proceſſus in aula obſervetur ſecundum Ordinationem Cameralem.

c) Remedium ſuſpenſivum in aula loco reviſionis novum ſubſtituitur, ſc. appellatio ad Imperatorem.

d) Viſitatio Conſilii Aulici fiat ab Electore Moguntino, quae v. ibi obſervanda, in proximis comitiis ſtatuendum erit.

e) Dubia

1) In controverſiis ſtatuum

α) quae circa interpretationem conſtitutionum occurrunt, et ubi ex paritate aſſeſſorum contrariae oriuntur ſententiae, Catholicis in unam, A. C. ad-

dictis in aliam ſententiam euntibus, remittantur ad Comitia.

β) Sin duo pluresve Catholici cum uno aut altero A. C. aſſeſſore et viciſſim unam, reliqui v. totidem numero, quamvis religione diſpares aliam amplectantur ſententiam, terminabitur lis ſecundum ordinationem Cameralem, omni remiſſione ad Comitia ceſſante.

2) Si inter mediatos Actor vel reus vel interveniens tertius paritatem Aſſeſſorum poſtulaverit, concedatur et eveniente votorum paritate ceſſet remiſſio ad Comitia, et lis ſec. ord. Camer. terminabitur.

C) In aulico et camerae Judicio privilegia primae inſtantiae, Auſtregarum, et privilegia de non appellando Statibus Imperii illibata manento.

D) Abolitio Curiae Imperialis Rotwilenſis, Judiciorum provincialium Sueviae, et aliorum remittitur ad comitia proxima.

E) Schema praeſentationis Aſſeſſorum Camerae A. C.

Digitized by Google

Art. VI. Civitas Basilienſis et Helvetia univerſa in poſſeſſione libertatis et exemtionis ab Imperio manento et nullatenus ejusdem Imperii Dicaſteriis et Judiciis ſubjecti ſunto.

Art. VII. Reformatis eadem Jura et beneficia, quae Conſtitutiones Imperii Catholicis et A. C. addictis tribuunt, competant.

A) Salvis tamen ſemper Statuum Proteſtantium inter ſe et cum ſubditis ſuis conventis pactis, privilegiis, reverſalibus et aliis diſpoſitionibus, quibus de religione ejusque exercitio proviſum eſt.

B) et ſalva itidem cujusque conſcientiae libertate.

C) Jus Reformandi reſtrictum, ut ſi aliquis princeps, vel alius territorii dominus vel alicujus eccleſiae patronus ab una ad alteram religionem tranſiverit, aut principatum aut ditionem, ubi alterius partis ſacra exercitio publico vigent quocunque titulo nactus ſit

a) ipſi Concionatores aulicos ſuae confeſſionis citra ſubditorum praejudicium in ſua Reſidentia habere liceat, ſed

b) fas non ſit vel publicum reli-

Digitized by Google

gionis exercitium, leges aut Conſtitutiones eccleſiaſticas hactenus receptas immutare, vel

c) templa, ſcholas, hoſpitalia aut eo pertinentes reditus prioribus adimere, ſuorumque ſacrorum hominibus applicare vel

d) juris territorialis, epiſcopalis, patronatus alione praetextu miniſtros alterius religionis obtrudere,

e) ullumve impedimentum vel praejudicium directe vel indirecte alterius ſacris afferre, et

f) ſi

α) Conſiſtoria vel Miniſteria ejusdem cum praeſentantibus vel nominantibus ſint religionis, liceat communitatibus idoneos Scholarum et Eccleſiarum miniſtros a publico Conſiſtorio vel Miniſterio examinandos et ordinandos.

β) hoc ſc. Conſiſtorio vel Miniſterio deficiente eo loco examinentur et ordinentur, quem communitates elegerint, et a domino ſine excuſatione confirmentur.

g) Si vero communitas aliqua re-

Digitized by Google

ligionem domini amplexa fuerit.

α) ſuo ſumptu exercitium, cui dominus addictus eſt, liberum eſto

1) ſine reliquorum praejudicio ei illud indulgere

2) a ſucceſſoribus non auferendum.

β) At Conſiſtoriales ſacrorum viſitatores, Profeſſores Scholarum et Academiarum, Theologiae et Philoſophiae nonniſi eidem religioni addicti ſint, quae hoc tempore in loco publice recepta fuit.

h) Principibus Anhaltinis et ſimilibus jura ſua reſervata ſunt, cum omnia de futuris ſint intelligenda.

Art. VIII. Gravamina Politica univerſum Imperium concernentia, quibus obviam itum per conventionem, ut

1) omnes et ſinguli Electores, Principes et Status Imperii in antiquis ſuis Juribus, praerogativis, libertate, privilegiis, libero juris territorialis tam in eccleſiaſticis, quam politicis exercitio, ditionibus, regalibus, ho-

Digitized by Google

rumque omnium poſſeſſione firmati ſunto.

2) nec ab ullo unquam ſub quocunque praetextu de facto turbari poſſint vel debeant.

3) Gaudeant Status ſine contradictione jure ſuffragii in omnibus deliberationibus ſuper negotiis Imperii, praeſertim
   a) ubi leges ferendae vel interpretandae
   b) bellum decernendum,
   c) tributa indicenda,
   d) delectus aut hoſpitationes militum inſtituendae;
   e) nova munimenta intra ſtatuum ditiones extruenda nomine publico, veterave munienda praeſidiis, nec non
   f) ubi pax aut foedera facienda, aliave ejusmodi negotia peragenda fuerint;

4) ut nihil horum vel ſimile quidquam poſthac unquam fiat vel admittatur, niſi de comitiali conſenſu et ſuffragio omnium Statuum imperii, cumprimis vero

5) jus faciendi foedera inter ſe et cum ex-

Digitized by Google

teris singulis Statibus liberum esto ita tamen, ne

a) sint ejusmodi foedera contra Imperatorem et imperium,
b) pacem ejus publicam,
c) transactionem Westphalicam,
d) fiantque salvo per omnia juramento, quo quisque Imperatori et Imperio obstrictus est.

6) Habeantur Comitia,

a) intra sex menses a dato ratificatae pacis,
b) postea quoties publica utilitas aut necessitas postulaverit.

7) In proximis

a) emendentur anteriorum Conventuum defectus,
b) de electione Romanorum Regum,
c) Certa constantique Caesarea Capitulatione concipienda.
d) de modo et ordine in declarando uno vel altero statu in bannum Imperii,
e) redintegrandis circulis,
f) renovanda matricula,
g) reducendis Statibus exemtis,
h) moderatione et remissione Imperii collectarum,

Digitized by Google

i) reformatione politiae et juſtitiae

k) taxae ſportularum in judicio Camerali

l) ordinariis deputatis ad modum et utilitatem Reipublicae rite formandis,

m) legitimo munere Directorum in Imperii Collegiis et ſimilibus negotiis.

8) Civitatibus imperii competat in omnibus diaetis Votum deciſivum et ſalva maneant jura omnia.

9) Sacri Imperii laudabiles conſuetudines conſtitutiones et leges fundamentales religioſe ſerventur,

10) Ratio et modus aequitati conveniens quaeratur, quomodo debitoribus ob bellicas calamitates fortunis lapſis ſuccurratur.

Art. IX Commercia ut refloreſcant,

1) quae belli occaſione invecta ſunt vectigalia, telonia, impoſitiones, abuſus Bullae Brabantinae, inde nata repreſſalia, arreſta, inductae certificationes, exactiones et omnia alia inuſitata onera, quibus commerciorum et negotiorum uſus deterior redditus eſt, penitus tollantur,

Digitized by Google

2) priſtina ſecuritas provinciis, portubus, fluminibus quibuscunque, jurisdictio et uſus reſtituantur et conſerventur.

3) Alluvionis atque reliquis Juribus ac privilegiis ut et teloniis ab Imperatore de conſenſu Electorum cum aliis, tum etiam Comiti Oldenburgenſi in Viſurgi conceſſis aut uſu diuturno inductis in pleno vigore manentibus.

4) libertas eundi, negotiandi, redeundique ſit data, quae unicuique ante motus Germaniae ampetebat.

5) quos Magiſtratus utrinque contra injuſtas oppreſſiones et violentias inſtar propriorum ſubditorum defendere ac protegere teneantur,

6) jure tamen, legeque cujusque loci ſalvis.

Art. X. Punctum SATISFACTIONIS Sueicae Coronae, vigore cujus Regina et futuri ejus ſucceſſores Reges Sueciae in perpetuum feudum Imperii habeant

1) a) Pomeraniam citeriorem cum Inſula Riga et

b) ex Pomerania ulteriori Stettinum, Garz, Dam, Golnau et Inſulam Wollin una cum interlabente Odera et mari der friſche Haff, cum ſuis tribus oſtiis, et adjacente terra a territorio regio uſque ad mare Balthicum.

Digitized by Google

catu aut Capitulis enaſcantur controverſiae, eae amicabiliter componantur vel jure terminentur.

c) Jus item collaturae Praelaturarum et Praebendarum Capituli Caminenſis, quod Duces Pomeraniae citerioris habuerunt cum poteſtate eas extinguendi et menſae Ducali applicandi.

d) Quidquid a. Juris in Epiſcopatu Caminenſi ulterioris Pomeraniae Ducibus competierat manet cum integro Epiſcopatu Domui Brandenburgicae.

e) Titulis et inſignibus Pomeraniae Regia domus et Brandenburgica promiſcue utantur,

A) regia perpetuo

B) Brandeburgica, quamdiu Maſculus ſuperſuerit, quibus deficientibus etiam ulterior Pomerania cum Epiſcopatu Caminenſi ad ſolos Reges Regnumque Sueciae pertinebit.

C) Elector Brandeburgicus exſolvat ordines, officiales, et ſubditos ſingulorum ſupradictorum locorum, eosque ad homagium Regno Suecico praeſtandum remittat.

Digitized by Google

a) Civitatem et portum Wismarienſem et portum, fortalitium Wallfiſch, et praefecturas Poël et Neucloſter cum omnibus pertinentiis et juribus, quibus ea Duces Megapolitani hactenus habuerunt, cum terris utriusque lateris ab urbe in mare Balthicum,

a) ad liberam diſpoſitionem.

b) munimenta et praeſidia pro lubitu firmanda.

c) ſalvis tamen iuribus et privilegiis Civitatis et portus Wiſmarienſis

β) Archiepiſcopatum Bremenſem et Epiſcopatum Verdenſem cum oppido Wilshauſen in perpetuum feudum, ſub

a) ſolitis inſigniis, ſed

b) titulo Ducatus, ceſſante Capitulorum caeterorumque Collegiorum eccleſiaſticorum eligendi et poſtulandi jure.

c) ſalvis tamen Domui Holſaticae, ut et Civitati, capituloque Hamburgenſi ſuis reſpective, juribus, privilegiis, libertate, pactis, ſtatuque praeſenti per omnia.

d) Salvo etiam Bremenſis Civitatis ejusque territorii et ſubditorum praeſenti ſtatu, libertate; juribus et privilegiis in eccleſiaſticis et politicis. Si autem

α) ipſi cum Epiſcopatu ſeu Du-

β) Salva interim cuique parti ſua, quam obtinet, poſſeſſione.

4) Cooptat Imperator cum Imperio Reges Sueciae ratione ſupradictarum ditionum in immediatum Imperii ſtatum, ita ut

A) in conventibus Imperii

a) inter alios Imperii ſtatus ſub titulo Ducis Bremenſis, Verdenſis et Pomeraniae ut et Rugiae Principis, Dominique Wiſmariae citentur.

b) aſſignata eis ſeſſione in conventibus Imperialibus inter Principes ſcamno ſeculari, loco quinto,

α) Voto quidem Bremenſi hoc ipſo loco et ordine,

β) Verdenſi vero et Pomerano ordine antiquitus prioribus poſſeſſoribus competente.

B) in Circulo

a) Saxoniae ſuperioris proxime ante Duces Pomeraniae ulterioris

b) Weſtphaliae et inferioris Saxoniae loco moreque receptis, ita ut

α) inter Magdeburgenſem et Bremenſem Circuli inferioris Saxoniae directorium alternetur,

Digitized by Google

β) salvo Ducum Brunswicensium et Luneburgensium condirectorii jure.

C) In Conventibus deputatorum Imperii tam Reges Sueciae, quam Elector Brandenburgensis suos pro more mittant et unum votum a Regibus ferendum habeant, communicato prius consilio cum dicto Electore.

5) Concedit Sueciae Regibus in omnibus his feudis privilegium de non appellando, ita

A) ut summum aliquod tribunal seu appellationis instantiam commodo in Germania loco constituant, ubi jus et justitia secundum Imperii constitutiones et ejusque loci statuta administrent.

B) Si ipsi tanquam Duces Bremenses, Verdenses et Pomeraniae vel Principes Rugiae aut domini Wismariae ex causa dictas ditiones concernente ab aliquo legitime conveniantur Imperator iis liberum relinquit intra 3 menses, ut pro sua commoditate forum eligant vel in Aula Imperiali vel Camera Imperiali

6) Jus erigendi Academiam et Universitatem, ubi et quando commodum fuerit.

7) Conceduntur eidem Regno moderna ve-

Digitized by Google

ſtigalia (Licenten vulgo appellata) ad littora portusque Pomeraniae et Megapoleos jure perpertuo, ſed ad eam Taxae moderationem reducenda, ne commercia intercidant.

8) Imperator et Imperium

a) exſolvunt Status, Magiſtratus, officiales et ſubditos horum feudorum omnibus vinculis et Juramentis quibus prioribus poſſeſſoribus obſtricti fuerunt.

b) remittunt eos ad obedientiam et fidelitatem Regno Sueciae praeſtandam

c) conſtituit Sueciam in plena atque juſta eorum poſſeſſione.

d) cum promiſſione ſecuritatis et manutenentiae.

9) Promittit Caeſar Militiae Suecicae ante ejus exauctorationem Satisfactionem ab imperio absque onere Regni Suecici praeſtandam

10) Viciſſim Regina et futuri Reges promittunt.

a) recognoſcere feuda haec omnia ab Imperio, quoties caſus evenerit

b) Juramentum fidelitatis eique annexa ſicut anteceſſores ſimilesque Imperii Vaſalli praeſten.

Digitized by Google

c) Ordinibus et ſubditis harum ditionum privilegio conſervando
d) cum libero Evangelicae religionis exercitio perpetuo fruendo, et
e) Civitatibus Hanſeaticis navigationem et commerciorum libertatem confirment.

Art. XI. Punctum Æquipollentiae ſ. Æquivalentiae.

1) Electori 'Brandeburgico, Chriſtiano Wilhelmo Adminiſtr. Magdeb. itemque Domui Culmbac. et Onolsbacenſi pro compenſatione Pomeraniae conceditur

A) Epiſcopatus Halberſtadienſis,

a) tanquam perpetuum Feudum et
b) Seſſionem et votum
α) in Comitiis, et
β) Circulo inferioris Saxoniae, ita tamen, ut
α) religio et bona Eccleſiaſtica in eo ſtatu maneant, quo per Archiducem Leopoldum Wilhelmum ordinata fuerunt.
β) Epiſcopatu tamen Electori totique ſuae Domui Brandeb. haereditario manente,
γ) et Capitulo nullum Jus in eligendo, poſtulando

vel regimine Episcopatus reliquum sit

γ) liceatque partem quartam Canonicatuum, exceptis Praepositura, decedentibus eorum possessoribus A. C. addictis extinguere et mensae Episcopali incorporare.

B) Comitatus Hohensteinensis pro ea parte, qua feudum est Episcopatus Halberstadiensis consistens

a) in Praefectura Lohra,

b) Klettenberg,

c) quibusdam oppidis, ita ut

α) Elector liberam dispositionem Comitatus habeat, sed

β) teneatur tamen Comitem a Tettenbach in possessione Comitatus Reinstein conservare, eidemque investituram renovare.

C) Episcopatus Mindanus pro se et successoribus suis omnibus, ut

a) in possessione ejusdem quieta et reali constituatur,

b) sessionem et votum

α) in comitiis imperii universalibus

β) singularibus et

γ) Circuli Westphalici obtineat, salvis tamen

Digitized by Google

c) Ciuitati Mindenſi ſuis Regalibus et juribus in Sacris et prophanis cum mero et mixto imperio in criminalibus et civilibus, itemque privilegiis et jure diſtrictus ejusque Jurisdictionis exercitio, ita tamen, ut

d) pagi et villae domusque ad Principem, capitulum, totumque clerum et equeſtrem ordinem pertinentes et reſpective in diſtrictu et intra moenia Civitatis ſitae excipiantur, et

e) de caetero Jus Principis et capituli inviolatum maneat.

D) Epiſcopatus Caminenſis in perpetuum feudum conceditur.

a) eodem jure, quo Epiſcopatus Halberſtadienſis et Mindanus conceſſus, ſed eo diſcrimine, ut

b) in Epiſcopatu Caminenſi integrum ſit Canonicatus poſt deceſſum praeſentium Canonicorum extinguere atque ſic ſucceſſa temporis totum Epiſcopatum ulteriori Pomeraniae incorporare.

E) Expectantia in AEpiſcopatum Magdeburgenſem ſive morte, ſive ceſſione moderni Adminiſtratores vacantem

a) eodem Jure, prout ſupra de Epiſcopatu Halberſtadienſi diſpoſitum eſt, ita

b) ut Capitulum, ordines et ſubditi ſtatim poſt concluſam pacem Electori et domui Electorali ſe ſacramento fidelitatis et ſubjectionis in eventum obſtringant.

c) Civitas Magdeburgenſis priſtinam libertatem et Jura retineat, una cum privilegio fortificandi, et ne

d) ſuburbia in praejudicium Civitatis reaedificentur.

e) Pro reſarciendis dynaſtiis ſſ. praefecturis Querfurd, Jutterbock, Dam et Borak, quae Domui Saxonicae traditae ſunt, Electori Brandeb. cedatur praefectura Egelen et quarta pars Canonicatuum Cathedralium illis decedentibus extinguatur et Camerae AEpiſcopali applicetur.

f) Debita a praeſente Adminiſtratore Auguſto Duce Saxoniae contracta ex reditibus AEpiſcopalibus neutiquam ſolvantur neque

g) Archiepiſcopatus novis debitis, oppignerationibus et alienationibus a dicto Adminiſtratore onerentur.

Digitized by Google

h) In his Archi- et Episcopatibus salva ordinibus et subditis maneant jura et privilegia et religio secundum §. 8. puncti Gravaminum.

i) Domus Brandeburgica Duces Magdeburgenses et Principes Halberstadienses et Mindenses appellentur.

F) Restituatur Electori Brandeb. a Regina Sueciae

a) reliqua Pomerania ulterior cum omnibus pertinentiis, bonis et juribus secularibus et Ecclesiasticis pleno Jure tam quoad dominium utile, quam directum.

b) Colberga cum toto Episcopatu Caminensi omnique Jure, quod ulterioris Pomeraniae Duces hactenus habuerunt in collatione Praelaturarum et Praebendarum Capituli Caminensis, ita tamen, ut

α) Jura Regiae Majestati Sueciae supra concessa, atque

β) ordinibus et subditis in restitutis partibus ulterioris Pomeraniae Episcopatuque Caminensi competentem libertatem, bona, jura, cum libero Augustanae Confessionis exercitio juxta invariatam Aug. Confessionem confirmet.

Digitized by Google

c) omnia loca, quae Praesidiis Suecicis tenentur per Marchiam Brandeburgicam.

d) Omnes commendae et bona ad ordinem equestrem Divi Johannis spectantia, quae extra territoria Regno Sueciae cessa continentur, cum documentis eo spectantibus.

Art. XII. 2) Duci Mecklenburgico pro compensatione aequivalente competat

A) Episcopatus Suerinensis et Ratzeburgensis jure perpetui feudi
  a) cum potestate extinguendi Canonicatus utrobique
  b) et reditus omnes Mensae Episcopali applicandi
  c) ut habeat sessionem in Conventibus Imperii et Circuli Saxoniae cum duplici Principis titulo et voto.

B) duo Canonicatus in ecclesia Cathedrali Argentinensi si quid eo nomine Statibus Augustanae Confessionis competit.

C) Commendae ordinis equestris Divi Johannis Hierosolymitani Miraw et Nemeraw in Ducatu Megapolitano sitae.

Digitized by Google

D) Confirmatio vectigalium ad Albim in pecpetuum, et

E) Immunitas a tributis Imperii futuro tempore, donec ſumma $\frac{200}{m.}$ thalerorum Imperialium compenſata fuerit.

F) Caſſetur debitum praetenſum Wingerskianum.

Art. XIII.) 3. Domui Brunſwicenſi pro conceſſione coadjutoriarum in Magdeburg, Bremen, Halberſtadt et Ratzeburg conceditur.

A) alternativa Succeſſio in Epiſcopatu Oſnabrugenſi, ita tamen ut

a) Comiti Guſtavo Guſtavi Comiti in Waſaburg cedenti Epiſcopatum hunc ab Epiſcopo Franciſco Wilhelmo ejusque ſucceſſoribus et Capitulo ſolvantur 80000 thaleri Imperiales.

b) Epiſcopatus reſtituatur totus et integer, prout uniformis et perpetuae Capitulationis leges communi Principis Franciſci Wilhelmi Domusque Brunſwico-Luneburgicae et Capitularium Epiſcopatus Oſnabrugenſis conſenſu ineundae ſancierint.

c) Status Religionis utriusque ac coetus Eccleſiaſtici totiusque Cleri utriuſque Religionis tam in urbe Oſnabrugenſi,

Digitized by Google

quam in reliquis ad hunc Episcopatum pertinentibus ditionibus maneat et reducatur in eum, qui fuit prima die Januarii 1624. Statum, ita tamen, ut

α) prius fiat singularis quaedam determinatio et dispositio de iis, quae post 1624. quoad verbi Ministros et divinum cultum mutata deprehenduntur.

β) caveatque Episcopus Statibus et subditis suis homagio ab ipso recepto, jura et privilegia salva fore.

d) Defuncto Francisco Wilhelmo succedat in Episcopatum Ernestus Augustus Dux Brunswicensis posteris, et si iis non fuerit superstes, teneatur Capitulum eligere alium ex Georgii Ducis Brunswicensis in Episcopum postulare.

e) Teneatur Dux Ernestus Augustus et omnes ex familia Brunswicensi A. C. addicti statum Religionis conservare prout supra dispositum.

f) Circa regimen ecclesiae.

α) durante administratione et regimine Episcopi A. C. addicti censura ecclesiastica Catholicorum, usus et administratio Sacramentorum ritu Romanae Ecclesiae, et quae sunt Ordinis AEpiscopo Colonienſi veluti Metropolitano reservata, adversus A. C. addictos plane sublata esto.

β) Cetera superioritatis et regiminis

Digitized by Google

jura in civilibus et criminalibus A. C. Episcopo juxta Capitulationis leges illibata permaneant.

γ) Quoties v. Catholicus Episcopus in Episcopatu Osnabrugensi rerum potitur, nihil omnino in A. C. Sacra arroget sibi iuris aut obtineat.

g) Monasterium s. Praelatura Walckenried, cujus hoc tempore Administrator est Christianus Ludovicus Dux Brunswicensis, una cum praedio Schawen perpetuo feudi jure Ducibus Brunswicensibus et Luneburgicis conferatur, annullato jure advocatiae aliisque Episcopatus Halberstadiensis et Comitatus Hohensteinensis praetensionibus sublatis.

h) Iisdem Ducibus restituatur

α) monasterium Groeningense, quod Episcopatui Halberstadiensi cesserat, reservatis etiam juribus, quae dictis Ducibus competunt.

β) in castrum Westerburg

γ) nec minus infeudatio Comiti a Tatenbach a Ducibus facta, eoque nomine initae leges

δ) jura crediti et pignoris Ducis Christiani Ludovici Vicario Friderico Schenkio a Winterstetten in We-

Digitized by Google

ſterburg competentia ſarta tecta maneant.

i) Debitum a Friderico Ulrico Duce Bunſwicenſi cum Rege Daniae contractum et Tyllio ceſſum amore pacis remiſſum eſto.

k) Nec non debitum Ratzenburgenſe abolitum ſit et penſiones annuae ceſſent.

l) Ducis Auguſti filiis duobus natu minoribus duae praebendae conferantur in Epiſcopatu Argentinenſi primo vacaturae ita tamen, ut idem Dux renunciet praetenſionibus ſuis, quas in unum alterumve Canonicatum antehac habuit vel habere potuit.

m) Duces Brunſwicenſes et Luneburgici renuncient viciſſim poſtulationibus et coadjutoriis in AEpiſcopatum Magdeburgenſem et Bremenſem et Epiſcopatus Halberſtadienſem et Ratzeburgenſem pleniſſime.

Art. XIV. 4, De Summa 12000 Imperialium Chriſtiano Wilhelmo Marchioni Brandeburgico ex AEpiſcopatu Magdeburgenſi ſolvendorum conventum ut

1) coenobium et praefecturae Zinna et Loburg dicto Marchioni ad dies vitae utendae tradatur et quoniam temporum injuria devaſtatae.

2) ſine mora ex collectis in AEpiſcopatu

hoc inſtituendis ſolvantur 3000 thaleri Imperiales non reſarciendi.

3) Poſt fata hujus marchionis per quinquennium adhuc illud coenobium et praefecturae ſine rationum redditione haeredibus ejus deſcendentibus fruendae linquantur et poſt qninquennium AEpiſcopatui reſtituantur.

Art. XV.) 5) Domus Haſſo-Caſſelana.

1) omnesque ejus Principes, maxime Domina Amelia Eliſabetha ejusque filius Wilhelmus, illorumque haeredes, Miniſtri Officiales etc. pleno Jure amniſtia gaudeant, annullatis omnibus proceſſibus, ſententiis, jactionibus vel praetenſionibus quibuscunque, omniumque beneficiorum ex hac et Religioſa pace provenientium pari cum caeteris ſtatibus ſecundum art. Unanimi etc. art. VII plenārie participes ſunto.

2) Domus Caſſelana Abbatiam Hirſchfeld cum omnibus ſecularibus et eccleſiaſticis appertinentiis ſive intra ſive extra territorium ſitis retineant et a Sacra Caeſarea Majeſtate inveſtituram petant, ſalvis tamen juribus, quae Domus Saxonica a tempore immemoriali poſſidet.

3) Jus directi et utilis Dominii in Praefecturas Schaumburg, Bückeburg, Saxen-

hagen et Statthagen Episcopatui Mindano antehac assertas ad Landgravium Wilhelmum ejusque haeredes pertineant.

a) salva tamen transactione inter Christianum Ludovicum Ducem Brunswico-Luneburgensem et Hassiae Landgraviam, Philippumque comitem de Lippe inita et

b) firma manente conventione inter eundem Landgraviam et dictum Comitem facta.

4) Indemnitatis causa et pro locorum hoc bello occupatorum restitutione Landgravia Hassiae recipit ex Archiepiscopatibus Colonienſi et Moguntinenſi, Episcopatibus Paderbornenſi, Monasterienſi et Abbatia Fuldenſi 600,000 thaleros Imperiales intra 9 menses, pro cujus securitate

A) Landgravia retineant Neus, Cosfeld et Neuhaus, inque iis locis praesidia habent sibi soli obligata, ita tamen ut praeter officiales et alias personas in praesidiis necessarias praesidia non excedant 1200 pedites et 100. equites,

B) Praesidia secundum ordinationem de sustentatione officialium et militum Hassiacis consuetum alantur, et quae ad conservanda fortalitia necessario sunt ex Archi- et Episcopatibus ubi

fita ſunt, praeſtentur absque ſummae ſupra nominatae diminutione.

C) Integrum ſit praeſidiis ipſis contra meroſos et tardantes, ſed non ultra debitam ſummam exequi

D) Jura autem ſuperioritatis et jurisdictio tam eccleſiaſtica, quam ſecularia et reditus nominatorum arcis et civitatum AEpiſcopo Colonienſi ſint ſalva.

E) Quamprimum vero poſt ratificatam pacem 3000000 thal. fuerint ſoluta, reſtituta Neus - Landgravia retineat Cosfeld et Neuhaus, ita tamen, ut

a) praeſidium Neuſſianum in Cosfeld et Neuhaus non deducat vel ejus nomine aliquid exigat, nec

b) praeſidium in Cosfeld numerum 600. peditum et 50 equitum et in Neuhaus 100 peditum excedat.

F) Sin a. intra 9. menſes integra ſumma non pendatur,

a) non tantum Cosfeld et Neuhaus retinantur, ſed et

b) pro reſiduo ſummae exſolutum fuerit, penſionis nomine ſolvantur et

c) tot praefecturarum ad ſupra nominatos Archi- et Epiſcopatus atque Abbatiam pertinentia et Haſſiae Principatui vicinarum, quod praeſtandis et exſolvendis penſionibus ſufficiunt,

Digitized by Google

d) Queſtores et Receptores Dominae Laudgraviae juramento obſtringangantur, vt de reditibus annuas praeſtationes reſiduae ſummae ſolvant non obſtante Dominorum ſuorum prohibitione.

e) Quodſi vero quaeſtores et receptores in ſolvendo moras nectant, aut reditus alio conferant, Domina Landgravia, exequendi et ad ſolutionem quovis modo illos adigendi liberam habeant poteſtatem, de reliquo jure territoriali Domino proprietatis interea ſemper ſalvo.

f) Simulac vero Landgravia totam ſummam cum penſionibus a tempore morae acceperit reſtituat illa loca denominata cautionis loco interim retenta, penſiones ceſſent et quaeſtores atque receptores juramenti nexu ſint liberati.

H) Praeter loca autem ſecuritatis cauſa Dominae Landgraviae relinquenda et poſt ſolutionem demum reſtituenda, reſtituat illa nihilominus ratificatione pacis ſubſecuta omnes provincias, fortalitia, urbes, praefecturas, propugnacula et omnia bona immobilia et jura inter haec bella ab ipſa recepta, ita tamen, ut

Digitized by Google

a) tam in praefatis tribus locis cautionis nomine retinendis, quam reliquis omnibus reſtituendis annexam et omnia ad apparatum bellum pertinentia quae ipſa inferri vel fieri curavit, eadem Domina Landgravia aut ſucceſſores per ſubditos ſuos evehat.

b) Quae vero ab ipſa non illata ſed tempore occupationis in locis occupatis reperta ſunt et adhuc extant, ibi remaneant.

c) Ut fortificationes et valla durante occupatione exſtructa eatenus deſtruantur, ne

d) tamen urbes, oppida, arces vel caſtra cujusvis invaſionibus et depraedicationibus pateant.

I) Et quamvis Domina Landgravia praeterquam ab Archi et Epiſcopatibus Moguntinenſi, Colonienſi, Paderbornenſi, Monaſterienſi et abbatia Fuldenſi a nemine reſtitutionis et indemnitatis loco aliquid popoſcerit et ſibi eo nomine a quoquam alio quidquam ſolvi omnino noluerit, pro rerum tamen et circumſtantiarum aequitate placuit toti Conventui, ut

a) ſalva manente diſpoſitione §phi inchoantis: Conventum praeterea eſt etc.

b) etiam caeteri ſtatus, cujuscunque generis, cis et ultra Rhenum, qui prima Martii die hujus anni Haſſiacis contributionem dependerunt, ſecundum proportionem contributionis exſolutae toto hoc tempore obſervatam.

α) ad conficiendam ſummam ſuperius poſitam

β) et militum praeſidiariorum ſuſtentationem ratam ſuam ſupra nominatis Archi- et Epiſcopatibus atque Abbatiae conferant et damnum ſi quod ſolventes ob unius vel alterius moram perpeſſi fuerint, morosi reſarciant, nec

α) executionem contra tergi verſantes inſtituendum Caeſareae Majeſtatis aut Regiae Majeſtatis Sueciae vel etiam Haſſiae Landgraviae officiales et milites impediant,

β) neque etiam fas ſit Haſſiacis quemquam in praejudicium hujus declarationis eximere,

γ) ii vero, qui ſuam ratam totam rite perſolverint, ab omni eatenus onere liberi erunt.

Digitized by Google

5) Controverſiam inter domos Caſtellanam et Darmſtadianam ſuper ſucceſſione Marpurgenſi agitatam quod attinet, placuit ut transactio d. 14. April. inita cum ſuis annexis et receſſibus, ſicut ea receſſibus, ſicut ea Caſſellis a partibus ſubſignata conventui pacis inſinuata fuit, ejusdem plane roboris ac ſi totidem verbis tabulis Inſtrumenti pacis comprehenderetur, a partibus tranſigentibus etiamſi aliquis ex intereſſitatis eam confirmare detrectet, exactiſſime obſervaretur.

6) Transactio inter defunctum Wilhelmum Haſſiae Landgravium et Comites Waldecciae anno 1635 facta a Georgio Landgravio Haſſo-Darmſtadino d. 14. Apr. 1648. confirmata pleniſſimum robur habeat et omnes Haſſiae Landgravios et Comites Waldeccios obliget.

7) Jus primogeniturae in qualibet Domo Haſſiae Caſſelana et Darmſtattina introductum et a Caeſarea Majeſtate confirmatum firmum maneat et inviolabiliter cuſtodiatur.

Art. XVI. Punctum Executionis

1) Simulatque Instrumentum Pacis à Plenipotentiariis et Legatis subscriptum et signatum fuerit,

A) cesset omnis hostilitas et

B) quae supra conventa sunt, utrimque e vestigio executioni mandentur.

C) Imperator per universum Imperium edicta promulget et serio mandet iis, qui hisce pactis et hac pacificatione ad aliquid restituendum vel praestandum obligantur, ut

a) sine tergiversatione et noxa intra tempus conclusae et ratificandae pacis praestent et exequantur transacta.

b) injungendo tam directoribus, Außschreibenden Fürsten, quam praefectis militiae circularis, (Crayß-Obersten) ut ad requisitionem restituendorum juxta ordinem executionis et haec pacta restitutionem cujusque promoveant et perficiant.

c) Inseratur etiam edictis clausula, ut quia

α) Circuli directores aut praefectus militiae circularis in causa vel restitutione propria minus idonei executioni esse censentur, itemque.

β) si Directores vel Praefectum cir-

Digitized by Google

cularis militiae repudiare commiſſionem contingat,

vicini circuli Directores aut Praefecti militiae eodem executionis munere etiam in alios circulos ad reſtituendorum requiſitionum fungi debeant,

d) Quodſi reſtituendorum aliquis Caeſareanos Commiſſarios ad reſtitutionis vel executionis actum neceſſarios cenſuerit, illi ſine mora dentur, quae caſu, ut rerum transactarum effectus tanto minus impediatur.

α) tam reſtituendis, quam reſtituentibus liceat ſtatim concluſa et ſubſcripta pace binos aut trinos utrinque nominare Commiſſarios, e quibus Caeſarea Majeſtas

αα) unum a reſtituendo

ββ) alterum a reſtituente nominatim

γγ) pares tamen numero ex utraque religione eligat, quibus injungatur, ut omnia exeque da absque mora exequentur.

β) Sin autem reſtituentes Commiſſarios nominare neglexerit, Caeſarea Majeſtas ex iis, quos reſtituendus nominaverit, unum deliget, aliumque pro ſuo arbitrio, obſervata ta-

men utrobique diverſae religioni addictorum paritate, adiunget, quibus commiſſionem executionis dabit non obſtantibus in contrarium factis exceptionibus.

e) Ipſi reſtituendi mox a concluſione Pacis de transactorum tenore notum faciant intereſſitatis aliquid reſtituris

f) Omnes denique et ſinguli ſive ſtatus ſive communitates ſive privati ſive clerici ſive ſeculares, qui vigore hujus transactionis ejusque

α) regularum generalium

β) vel ſpecialis, expreſſaeque alicujus diſpoſitionis ad reſtituendum, cedendum, dandum, faciendum aut aliud quid praeſtandum obſtricti ſunt

teneantur ſtatim poſt promulgata Caeſarea edicta et factam reſtituendi notificationem ſine omni tergiverſatione vel oppoſitione clauſulae ſalvatoriae ſive generalis ſive ſpecialis alicujus ſupra in Amniſtia poſitae, aut quacunque alia exceptione, itemque ſine noxa aliqua omnia ad quae obligantur, reſtituere, cedere, dare, facere et praeſtare.

g) Nec Directorum et Praefectorum

Digitized by Google

circularis militiae aut Commissariorum executioni quisquam sive miles praesertim praesidiarius sive quilibet aliis se opponat, sed potius executoribus assistant, liberumque sit dictis executoribus contra eos, qui executionem quovis modo impedire conantur, suis vel etiam restituendorum viribus uti

h) Deinde omnes et singuli utriusque partis captivi sine discrimine togae vel sagi eo modo, quo inter Exercituum Duces, cum Caesareae Majestatis appellatione conventum est, vel adhuc convenitur, liberi dimittantur.

i) Satisfactio militiae

α) Suedicae, ut exauctoratio fiat singuli Electores, Principes et Status, comprehensa libera et immediata Imperii Nobilitate septem Circulorum Imperii Electoralis Rhenani, Superioris Saxonici, Franconici, Suevici, Superioris Rhenani, Westphalici et Saxonici inferioris teneantur conferre 5. myriades thalerorum Imperialium tribus terminis

αα) primo termino 1800000 thal. in numerata pecunia,

ב) pro cujus Summae faciliori ſolutione impetranda liceat illos ſubditos, qui ex Amniſta veniunt reſtituendi, non moderno ipſorum poſſeſſori, ſed Demino, cui reſtituendi ſunt collectare,

ג) Statim a concluſa pace etiam ante factam reſtitutionem

ד) ſecundum ipſorum quotam et proportionem,

ה) nec in exigendis ilis collectis moderni poſſeſſores ullum creent impedimenti.

ββ) et 1200,000 thal. per aſſignationes ad certos ſtatus a quolibet ſtatu inter concluſam et ratificandam pacem cum officiali militari ſibi aſſignato ex aequo et bono conveniendum.

γγ) Qua conventione, ut et ratihabitionem commutatione facta dictorum $\frac{1800}{m.}$ thalerorum ſolutio, militiae exauctoratio et locorum evacuatio ſtatim pari paſſu peragantur, nec ob ullam aliam cauſſam differantur.

ח) ceſſantibus ſtatim a concluſa pace contributionibus ex omnis generis exactionibus.

Digitized by Google

ב) Salva tamen praeſidiariorum militum ceterarumque copiarum ſuſtentatione vel tolerabilem modum convienda,

ג) Salva itidem iis ſtatibus, qui portionem ſuam ſolverunt, vel cum aſſignatis officialibus quoad ſolutionem ſuarum portionum amicabiliter convenerunt, a ſuis conſtatibus ob horum ſolvendi morum, ſibi illatorum damnorum repetitione.

דד) Reliquarum duarum myriadum

א) priorem quidem ſub finem proximi anni a facta exauctoratione computandi,

ב) alteram vero in fine anni proxime inſequentis, utramque thaleris imperialibus, eorumve in alia per imperium uſitata moneta valore ad ſua loca Suedicis ad id cum poteſtate deputatis Miniſtris dicti ſeptem Circulorum ſtatus bona fide ſunt exſoluturi.

הה) Nec ullus ſtatus

א) vel a ſolutione immunis ſit

ב) vel majori numero der Rö-

mer-Monate praegravetur.

γ) vel pro alio ſuo conſtatu aliisque belligerantibus militibus plus ſolvere teneatur,

δ) multo minus repreſſaliis vel arreſtis eo nomine praegravetur,

εε) Neque etiam nullus ſtatus in modo ſuos collectandi vel a milite aut conſtatu vel ullo alio ſub quocunque praetextu de facto impediatur.

β) Quod ad Circulum

αα) Auſtriacum et

ββ) Bavaricum attinet, cum ille (praeter factam in hoc pacificationis conventu a ſtatibus Imperii promiſſionem ſe in proximis Imperii Comitiis Suae Caeſareae Majeſtati pro hactenus toleratis belli ſumtibus ſubſidium e collectis Imperii praeſtandum decreturos) ſolvendis exercitui immediato Caeſareo ſtipendiis, hic vero pro Bavarico milite ſepoſitus ſit, ſolutionis conventio et exactio in Circulo Auſtriaco penes ſacram Caeſaream Majeſtatem eſſe in circulo autem Bavarico obſervetur idem collectandi et ſolvendi modus, qui in reliquis

Circulis, executio tamen, sicut et in caeteris Imperii Circulis fiat secundum Constitutiones Imperii.

k) Restitutione ex capite Amnestiae et Gravaminum facta, liberatis, captivis, ratihabitionibus commutatis et praestitis iis, quae de primo solutionis termino conventa sunt, omnia utriusque partis militaria praesidia, quocunque nomine veniant, ex civitatibus Imperii ac omnibus aliis locis restituendis sine exceptionibus, mora, damno et noxa pari passu educantur.

l) Loca ipsa, Civitates, urbes, oppida, arces, castella, fortalitia, tam quae per regnum Bohemiae, aliasque terras Imperatoris Domusque Austriacae haereditarias, quam caeteros Imperii Circulos a partibus belligerantibus occupata vel vetenta vel per armistitii unius vel alterius partis vel quemcunque alium modum concessa sunt, prioribus et legitimis suis possessoribus et dominis, sine mediati sive immediati Imperii status sint, tam Ecclesiasticis quam secularibus, comprehensa libera Imperii nobilitate, absque mora restituantur

plenae disposítoni permittendae.

α) non obstantibus ullis donationibus, infeudationibus, concessionibus, nisi ultro et spontanea status alicujus voluntate alicui factae sint, obligationibus, pro redimendis captivis aut avertendis devastationibus, incendiisque datis aut aliis quibus cunque titulis inpriorum legitimorum dominorum possessorumque praejudicium acquisitis.

β) cessantibus etiam pactis et foederibus aut quibuscunque aliis exceptionibus praedictae restitutioni adversantibus, quae omnia pro nullis haberi debent,

γ) Salvis tamen iis, quae et quatenus in praecedentibus articulis circa Reginae Regnique Sueciae ut et quorumdam Electorum et Principum Imperii Rom. satisfactionem vel aequivalentem compensationem sive aliter speciatim excepta et dispósita sunt.

m) Restituantur etiam Archiva et documenta literaria, aliaque mobilia, ut et tormenta bellica,

α) quae in dictis locis tempore occupationis reperta sunt et adhuc ibi salva reperiuntur

β) quae vero poſt occupationem aliunde eo invecta ſunt ſive in praeliis capta ſive ad uſum et cuſtodiam eo per occupantes illata fuerunt, una cum annexis ut et bellico apparatu iisdem quoque ſecum exportare et avehere liceat.

n) Teneantur ſubditi cujusque loci

α) decedentibus praeſidiis et militibus currus, equos et naves cum neceſſario victu pro omnibus neceſſariis avehendis ad loca in Imperio deſtinata absque pretio ſubminiſtrare, quas currus, naves et equos reſtituant Praefecti praeſidiorum militumque diſcedentium ſine dolo et fraude

β) Liberent etiam ſubditi ſtatuum ſe invicem ab hoc onere vecturae de uno territorio in aliud, donec ad loca in Imperio deſtinata venerint.

γ) Nec praeſidiorum aut aliis militiae praefectis aut efficialibus liceat ſubditus, eorumque currus, equos, naves et ſimilia earum uſibus commodata omnia vel ſingula extra dominorum ſuorum, multo minus Imperii fines ſecum

trahere, eoque nomine obsidibus cavere teneantur.

o) Reddita vero sive maritima et limitanea sive mediterranea fuerint, dicta loca ab ulterioribus omnibus durantibus hisce bellorum motibus introductis praesidiis perpetuo posthac libera sunto et dominorum suorum liberae dispositioni relinquantur.

p) Nulli autem Civitati vel nunc vel in futurum ulli praejudicio damnove cedat, quod ab alterutra parte belligerantium occupata et possessa fuerat, sed omnes et singulae cum omnibus et singulis civibus et incolis tam universalis Amnestiae, quam caeteris hujus pacificationis beneficiis gaudeant iisque de caetero omnia sua jura et privilegia in sacris et profanis, quae ante hos motus habuerunt, sarta tectaque maneant, salvis tamen juribus superioritatis cum inde dependentibus pro singulis quarumcunque dominis.

q) Quoad exauctorationem militiae

α) omnium belligerantium in imperio partium copiae et exercitus dimittantur et exauctorentur eo tantum numero in suos cu-

Digitized by Google

jusque proprios ſtatus traducto, quem quaeque pars pro ſua ſecuritate judicaverit neceſſarium.

β) Tam exauctoratio militiae, quam reſtitutio locorum ad praefixum tempus eo ordine modoque fiant, de quibus inter Generales Exercituum Duces conveniet, obſervatis tamen, quae in puncto ſatisfactionis militiae conventa ſunt.

Art. XVII. Ratihabitionis punctum.

1) Pacem hoc modo promittunt Caeſarei et Regii ordinumque Imperii legati et Plenipotentiarii reſpective ab Imperatore et Regina Sueciae, Imperiique Statibus ad formam hic mutuo placitam ratihabitam iri, ſeſeque infallibiliter praeſtituras, ut ſolemnia ratihabitionum inſtrumenta intra ſpatium octo ſeptimanarum a die ſubſcriptionis computandarum Oſnabrugae reciproce commutentur.

2) Eſto haec pax lex Imperii fundamentalis et perpetua.

3) Contra haec transactionem, ullumve ejus articulum aut clauſulam nihil quocunque modo adverſetur, nullae exceptiones allegentur, aut admittantur

nec uſpiam contra illam in petitorio aut poſſeſſorio ſive inhibitorii ſive alii proceſſus vel commiſſiones unquam decernantur.

4) Qui vero huic transactioni
   a) conſilio vel ope contravenerit vel
   b) executioni aut reſtitutioni repugnaverit, vel
   c) etiam legitimo modo et ſine exceſſu facta reſtitutione ſine legitima cauſae cognitione et ordinaria juris executione reſtitutum de novo gravare tentaverit, ſive Clericus ſive Laicus fuerit, poenam fractae pacis ipſo jure et facto incurrat.

5) Pax concluſa nihilominus in ſuo robore permanent, tenenturque omnes conſortes univerſas et ſingulas pacis leges contra quemcunque ſine diſtinctione religionis tueri et protegere et ſi quid eorum a quoquam violari contigerit, laeſus laedentem a facti via dehortetur, cauſa ipſa vel amicabili compoſitione vel juris diſceptationi ſubmiſſu.

6) Si neutro horum modorum intra 3 annos controverſia non terminetur, teneantur omnes hujus transactionis conſortes junctis cum parte laeſa conſiliis viribusque arma ſumere ad repellendam injuriam, ſalva tamen de caete-

Digitized by Google

ro uniuscujusque jurisdictione justitiaeque juxta cujusque Principis aut Status leges et constitutiones competente administratione.

7) Nulii etiam Statuum imperii liceat jus suum vi vel armis persequi, sed
a) Si quid controversiae sive jure exortum sit sive posthac inciderit, unusquisque jure expediatur, ut secus faciens reus sit fractae pacis.
b) Quae judicis sententia definita sunt, sine discrimine Statuum executioni mandentur, prout imperii leges de exequendis sententiis constituant.

8) Ut pax publica eo melius conservari queat
a) redintegrentur Circuli et
b) statim ac undecunque turbarum vel motuum aliqua initia apparent, observentur ea, quae in Constitutionibus Imp. de pacis publicae executione et conservatione dispositа sunt.

9) Transitus militum per aliena territoria sumtu ejus fiant, ad quem transeuntes milites pertinent sine damno ejus per cujus territorium ducuntur.

10) Quinam ex parte Caesaris et Sueciae hac pace comprehendantur.

11) Quis ſubſcribere debeat inſtrumentum Pacis ex Legatis praeſentibus

Capita ergo Pacis Oſnabrugenſis Caeſareo-Suedici ſunt ſequentia, ſcilicet:

I. Punctum Amneſtiae in Art. II. III. IV.
II. — — Gravaminum in Art. V. VI. VII. VIII. IX.
III. — — Satisfactionis in Art. X.
IV. — — Aequipollentiae Art. XI. XII. XIII. XIV. XV.
V. — — Executionis Art. XVI.
VI. — — Ratihibitionis ſive Aſſecurationis Art. XVII.

Ver-

Digitized by Google

Verbeſſerungen.

S. 25. lin. 19. für Gonrich, Goarich.
S. 37. lin. 17. für Ardegauenenſes, Andgauienſes
S. 40. lin. 12. für 39. 38.
lin. 19. für 40. 39.
S. 48. lin. 14. für Drünel, Drümel.
S. 71. lin. 19. für 1624. 1024.
S. 72. lin. 9. für Ennighaus, Emminghaus.
S. 135. lin. 18. für Seneca, Semera
S. 148. lin. 1. ſtatt L. V.; C. V. und ſtatt L. CXLVIII., C. CXLVIII.
S. 155. lin. 8. Zwiſchen dir und Rückſicht, in.
lin. 14. für Glaſſirten, Gloſſirten.
S. 159. lin. 24. für nicht, nichts.
S. 175. lin. 2. für doch, zumal.
lin. 3. zwiſchen mir und unrichtig, aus zwey Gründen.
S. 213. lin. 20. für ſecten, ſelten
lin. 21. für Patutariſchen, ſtatutariſchen.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google